



Foll. Carp. 54-12

453-25

J H S.

Foll. Carp. 54-12

MARIA,

Y

JOSEPH.

CAUSA TVDEM PAROCHIALIS
de Verducido gradu appellationis, coram
Illustrissimo, ac Reverendissimo Nuncio
Hispaniæ Regnorum, inter partes
controvertenda.

PRINCIPALES D. ILDEPHONSUM PINEIRO,
& D. Pasqualem Lopez de Soto-Mayor.

CONTRA
D. FRANCISCUM GARRIDO
partem adversam.

S U P E R


Huius cause cognitione in prima instantia; an debeat concedi; uti nervosè præmittitur in capite Conciliari, cause omnes 20. sess. 24. Et iuridicè per partes principales Ordinario Tudensi prætenditur: an concedi debeat eius retentio, ut per partem ream ambigitur, Metropolitano Compostellano, quam primæ instantiæ cognitionem recte iustitiæ integritate, ita declarari in nostrorum principum favorem (Deo iuvante) speramus.

Illustrissime, ac Reverendissime Domine, ad facilius intelligentiam, seriem huius cause, tam in iure, quam in factò in duos paragraphos dividemus, in quibus duo decreta à Metropolitano non legitime pronuntiata ostendere demonstrabimus.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and appears to be a formal document or letter.

§. I.

N. I.



BREBITER , & concisè, Illustris-
 trissime Domine , huius causæ
 relationem prodemus in lucem:
 inter verò oppositores , coram
 Ordinario Tudensi ; vbi sita est
 prædicta Parochialis de Verdu-
 cido , initium habuit; in quo Tri-
 bunali inter coopositores , justificationes usque ad legis ter-
 minum receptę fuerè, dempto Domino Pasquale, cuius ter-
 minus fuit suspensus ; quo tempore ad Metropolitanum
 Compostellarum Dominus Franciscus Garrido appellavit;
 remissis actis originalibus , atque vïssis , prædictus Metro-
 politanus revocavit decretum per Tudensem Ordinarium,
 qua Jurisdictione quo jure , Deo volente , ulterius videbi-
 mus, & alia quam plurima in prosecutione processus ab ipso
 ordinata , ut controvenientia decretis per Metropolitanum
 promulgatis , quarè coram se , & in suo Tribunali Compo-
 stellano primę instantię cognitionem retinuit , & advocavit,
 ut coram se, omnes partes in ista causa comprehensę justi-
 tiam suam deduxerent ; ex quo decreto à prædicto D. Ilde-
 phonso , & Pasquale iustè petita fuit reformatio, ut prædicta
 causa Ordinatio Tudensi transmitteretur ; cui prima instan-
 tia juridicè atque privativè attingebat; ex cuius denegatione
 prædicti Ildephonsus , & Pasqual appellantes , auxiliumque
 per viam violentię protestantes , quod prædictam appella-
 tionem in utroque effectu concederetur , quibus à Metro-
 politano fuit pronuntiatum ; tantum indebolativo , non
 ultra.

2 Vacante verò Parochiali Divi Martini de Verduci-
 do , per obitum Domini Antonij Lopez de Soto-Mayor,
 per incolas, & habitatores de Verducido præsentati, vt con-
 suetudo ad est immemorialis 7. Genarij 1722. Ordinarius
 Tudensis edicta secundum Tridentinum effigere ad valbas
 decrevit, ut demore ; cui prædicto Beneficio presentati at-
 que

que electi fuerè ab incolis, & habitatoribus D. Ildephonso Piñeyro, D. Franciscus Garrido, D. Pasqual Lopez, & alij adiuncti; quibusque à summario 3. usque ad 208. prosequuta, & substantiata causa fuit, quæ quidem in plenario recepta usque ad legis terminum, infra quem prædictus Ildephonso, & D. Garrido suas justificationes prodiderunt; (excepto D. Pasquale) uti constat ex processu à folio 219. usque ad 320.

3 Ex prædictis e quidem justificationibus, attentè perpenis; recognito; quod D. Garrido, pars adversa in suffragijs, & vocibus suis, à vicinis donatis alia quam plurima enuntiabat, quæ primo, & ante omnia forma authentica, prædicto D. Ildephonso, fuerant concessa ab ipsis legitimis habitatoribus; fraude, & Domini Garrido, caliditate cognita; instanter petivit ab Ordinario; à vicinis, ac patronis beneficij, declarationes veridicas fuisse receptas, & quibus ex electis primò sua suffragia, ac denominationes in partita fuere.

4 His positis, ab Ordinario Tudensi, fuit decretum; Fiscalem Ecclesiasticum, cum Notarij majotis assistentia, ad petitam justificationem, promptum, & expeditum esse ex cuius decreto, & substantiali forma processus 8. die Marcij, ad Metropolitanum judicem Dominus Garrido appellavit, à quo per triginta dies expeditæ fuerunt litteræ appellationis, & inhibitionis in Ordinarium Tudemsem, cui personalitèr intimatæ 13. Marcij, quibus humilitèr respondit, se promptum esse, & quod à Metropolitano decretatum, ad implere; at verò relationem processus per prædictum Garrido, Metropolitano factam, veridicam non fuisse, sed imò potius à omni veritate alienam; vt evidentius à actis, à se formatis, & structis contrarium constabit: solumque juridicè præceperat presentantes, & eligentes incolas, sincera veritate, sub sacramento deponere, & forma juridica declarare circa duplicatas presentationes, ac denominationes, quibus à vicinis, & habitatoribus de Verducido, donatas, & concessas fuisse; si fortè D. Ildephonso Piñeyro: an D. Garrido; solum e quidem sine, quod æquitas justitiæ appareret, & suum unicuique tribueretur.

5 Ad hæc D. Ildephonsus , non obstante Fiscalis delegatione concessa , prima die Martij , ad majorem justificationem , veritatemque eruendam , ab ipso Ordinario Tudensi petijt sibi concedi litteras supplicatorias , ad originalia instrumenta extrahenda ab Josepho Varreyro Notario , cuius testimonio exarata fuerunt , & coram Notario requisito illa exhiberet forma authentica firmata , & sigillata : & cum prædictus Notarius ex jurisdictione Metropolitana esset , ipsa 13. die Martij , qua intimatę fuerunt litterę appellationis , & inhibitionis Ordinario Tudensi , ipsissima quoque die à Metropolitanano fuerunt acceptatę litterę supplicatorię ab ipso Ordinario expedite constat ex fol. 304. à tergo.

6 Requisitoria supra dicta à Metropolitanano adimpleri præcepta , ipsa die 13. Martij , D. Ildephonsus , requisivit Jacintho Gonçalez Carvallido Notario , qui accepit Jurisdictionem à Metropolitanano in partitam , & Josepho Varreyro Notario , cuius fide , ac testimonio instrumenta originalia in favorem Domini Garrido extracta fuere , notorium fecit ; eaque statim , ante se exhibuit , qui prædicta instrumenta originalia emendata , transcripta , & chancelata invenit , ut apparet à fol. 326. usque ad 369. ubi latius exactis constabit.

7 At verò prædictus Garrido coram Ordinario instavit removendum esse decretum delegationis Fiscalis , supr. num. 4. declarationesque ab ipso non recipiendas à incolis de Verducido , sua intentione firmante , ac stabiliente in quodam capitulo Synodali quo panditur , ibi : *Que las presentaciones de Patronatos no se cometan à Receptores , sino que dichos testigos impedidos , que se examinen por uno de los Notarios de Poyo ; y se manda , que en adelante los Provisores , y Juezes Eclesiasticos , no las cometan à ningun Receptor , sino por si mismos examinen los testigos ; consta del fol. 295.* Quod quidem Synodalis capitulum , nihil in terminis huius causę disponit , quia hæc causa inter Patronos non controvertitur *de Iure Patronatus diceptantes* , vbi reperiuntur sæpissimę usurpationes , vt sanctè prævenit *Sanctum Concilium Tridentinum in cap. 9. sess. 25. de Iure Patronat.* etiamque Do-

minus Garridus contrarium alibi demandabit, & constat ex illa regula iuris in leg. In arenam, C. de Inofficios. testam. ibi: *Quod quis in se approbat, in alio reprobare non potest.*

8 Ad hæc omnia Dominus Garrido ægre ferens supra dicta; coram Ordinario fuit conquestus de non facta reformatione decreti, supra dicti num. 4. cui respondit prædictus Ordinarius se inhibitu[m] esse litteris inhibitionis 13. die Martij sibi intimatis, & recurrere prædictum Garrido cum testimonio ei prolato, cui de jure.

9 Quo cum testimonio, quod solum continebat appellationem à delegatione Fiscalis, & remotionem huius decreti, aliter, & diversimodè, ante Metropolitanum conquestus fuit, in primis de originalium instrumentorum à Josepho Varreyro extractione, ad cuius instantiam prædictus Metropolitanus decrevit litteras expedire, ut Notarius, aut personæ sub quarum potestate, acta novitèr exarata reperta fuissent, ad Tribunal Metropolitanum transmitterentur, quibus visis, cum lite principali, determinaretur, quod de jure, itaque executum fuit.

10 Facta deniquè actorum relatione, prædictus Metropolitanus pronuntiavit litteras inhibitionis expeditas reformari; Ordinariumque Tudensem in executione causæ prosequi; decretumque ab ipso datum de delegatione Fiscalis, supra num. 4. 13. Martij, & alia plura pronuntiata in favorem D. Ildephonsi: Fiscalem que Ecclesiasticum declarationes, ex illis electoribus, qui præsentationes, & suffragia donarunt, non recipere: ipsumque Ordinarium per se, ipsum accipere easdem declarationes cum majoris Notarij assistentia: partes quæ vellent justificationes facere, ante prædictum Ordinarium construere debere: atque in justificatione intendere: & deniquè criminaliter procedere in querela per Dominum Garrido data, & quod ex illa constabat contra omnes comprehensos: atque etiam extractionem registrorum atque instrumentorum, seu scripturatum quæ à Josepho Varreyro, extracta fuerant per Jacintum Carvalido declarare attentatam: excessisseque in commissione, data prædictum Carvalido: omniaque ut talia à processu
repel-

repelli : & prædicto Varreyto eadem protocola , & scripturarum registra restitui , ut incipiebant à fol. 332. usque ad 367. liberè , atque sine expensis : ad cujus effectum à lite, seu processu separarentur : ei que testimonium daretur de eorum abstractione , ac restitutione : & prædictum Carvalho recusatum haberi : prædictumque Ordinarium Tudensem ita exequi , & procedere partibusque justitiam impartire.

11 Appellatio à prædicto Garrido ad Metropolitanum interposita , tantum de delegatione Fiscalis fuit, ut in decreto , supr. num. 4. apparet ; at verò in decreto appellationis à Metropolitanano prolato , nobem distincta , & discreta capitula ostenduntur ; quibus restringit , coarctat , & limitat Ordinarij Tudenfis Jurisdictionem ordinariam, quod in jure tolerari non potest , quia omni , quo poterat modo omnia incommoda prævenire debebat , quod etiam firmatur in *leg. 1. ff. de dolo* , ibi : *Dolis , ac fraudibus modis omnibus occurrendum* , & in *leg. unica , C. de Privat. Carcer.* ibi : *Nefandorum hominum arrogantia omnibus modis opprimi debet* : quapropter appellatio a Garrido interposita , nec justa , nec legitima fuit, ex qua Metropolitanano orta non fuit jurisdictio, ut latius probabimus.

12 Ex hoc factò , ut evidentiùs appareat jus in nostrorum principalium favorem : in primis præmittere debemus, in jure certum , & indubitabile est , apud omnes controversiam juridicam sectantes , vassim , & fundamen judiciorum , competentem jurisdictionem esse , judicesque certos de sua jurisdictione, ad tollenda perniciofa inter partes, gravamina se habere ; quia judicatum nunquam dicitur ab eo, qui jus dicendi non habet; ut elegantè docet D. Valençuel. *consil. 95. à num. 15. cum sequentibus.*

13 Hanc doctrinam fortius confirmat *Sacrum Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 20. Cause omnes de Reform. ubi profert solum in tribus casibus posse appellari à suffraganeis ad Metropolitanum* , primò enim à definitiva , que imponit ultimam liti manum , secundò à interlocutoria , vim definitive habenti : tertio à gravamine irreparabili , quod per dif-

finit.

diffinitivam reparari non potest: quenam ergò sit differentia inter sententiam diffinitivam, & interlocutoriam, vim diffinitivæ habentem, vel interlocutoriam simpliciter, vide pro practica Marantam, 6. part. tit. de Sent. à num. 1. usque ad 46. Boerio decis. 79. num. 8. Concilium Lateranense, sub Leone X. sess. 10. Concilium Trident. sess. 13. cap. 1. de Reform. & similiter Sacra Congregatio, decis. 283. D. Covarr. Practic. quæst. cap. 9. num. 5. Cerola, in Praxi, fol. 20. verbo Appellat. Qui alias quam plurimas questiones circa materiam tractat.

14 Ex quo juridico principio; inquire debet, primò, & principaliter, in quibus casibus, Metropolitanus sit competens, ad cognoscendum per appellationem; pro certò enim habetur apud omnes Authores; *capitulum cause omnes* 20. sess. 24. de Reform. Elucidantes, & quam plurimos ab Augustino Barbosa relatos in collectania ad prædictum Concilium; nullum Metropolitanum, nec alium Superiorem etiam Legatum de Latere, non posse causas in Curijs Ordinariorum inferiorum judicum pendentes, ad se advocare, nisi per viam legitimam appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur.

15 Etiamque præmittimus causam in prima instantia ab inferiori Ordinario neququam auferri posse, nisi à sententia interlocutoria diffinitivæ vim habente, aut cujus gravamen, nisi per appellationem reparari nequeat, legitima sit interposita appellatio, quæ in causa nostra nunquam legitima potest reperiri; vt resolvit Narbon. in leg. 59. gloss. 1. num. 104. & num. 179. ubi refert Sacram Congregationem, D. Salgad. de Supplicat. ad Sanctiss. 2. part. cap. 5. §. 2. num. 10. Riccius, in decis. Curie Neapolit. part. 4. num. 16.

16 Ad confirmationem superius dictarum; etiam præmittimus; de jure autem Canonico, causæ meri, & mixti imperij possunt delegari, etiam per inferiores à Papa Judices; undè Archiepiscopi, Episcopi, & alij Prælati, & Judices Ecclesiastici merum, & mixtum imperium habentes, poterunt jurisdictionem suam alteri committere, & delegare; vt refert D. Salgad. 2. part. cap. 4. numer. 27. de Reg. Pro-

tection. Ideòque Ordinarius Tudensis nullum gravamen D. Garrido contulit, suam jurisdictionem in Fiscalem Ecclesiasticum delegando, ad veritatem à vicinis electoribus eruendam, quia aliter fraudes in suffragijs à D. Garrido, & à suo Notario Varreyro commissæ, non detegerentur, nec processus legitimè substantiatus, ad diffinitivam reperiretur.

17 Hæc mirabiliter confirmat modernissimus Petrus Leurenus *de Officio Vicarij, in quæstion. 199.* in qua quæstionem movet in terminis: utrum Vicarius Generalis delegatum constituere possit: ubi affirmativè respondit rationemque ostendit: *Quia omnis Judex Ordinarius, qualis est Vicarius Generalis, saltim in causis ratione Vicariatus, illi competentibus, delegare potest, qui multos in confirmationem laudat.*

18 Equidem verò præmittimus: judicium exerceri, & sententiam dici, à proprio, & competente iudice debere, alioquin enim irritum, & illusorium factum redderetur, si sua, cuique jurisdictione non servetur, igitur ne causa illusoria reddatur competens Judex, & Ordinarius adiri oportet; *constat ex cap. In primis 2. quæst. 1. cap. ad Audientiam de consuetudine, cap. Pervenit, 11. quæst. 1. Narbon. supr. in leg. 59. gloss. 1. lib. 2. tit. 4. num. 1.*

19 Est ergò causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de jure pertinentium, Ordinarius, ac supremus Judex, Romanus Pontifex ob plenitudinem potestatis, quæ in universum diffunditur orbem, *cap. Si Papa 40. distincion.* Sed cum ob multitudinem Dicecesum Summi Pontifices, omnibus interesse non possent, Diceceses dividere oportuit, singulisque Ordinarium, seu Episcopum constituere, qui cura, & solitudine spiritualis gladij executionem, ut cujusque expostularet necessitas, ecclesiasticasque omnes functiones, Ordinis, sive jurisdictionis adhiberent, in partem solitudinis, non implevit potestatis vocati. *Capite ad honorem de actu, & usurpalij.*

20 In quos quidem huiusmodi potestas, singulis, in suis Dicecesibus privativè derivata est, tam propter præfa-

tam Dioecesum divisionem, quàm ne, subditi magno incommodo foras exire necessè haberent, vt colligitur ex Calixto Papa, *Epist. 2. ad Episcopos Gallie in cap. 1. 3. § 9. quest. 2. cap. Nullum, 6. cap. Episcop. 7. § alia multa laudata à Narbona, supra num. 4.*

21 Quod cum privativè Episcopis hæc potestas tributa fuerit, indè evenit, Episcopum alterius Clericos judicare non posse, quantumvis Clerici ipsi consentiant, nisi Episcopi consensus, cujus jurisdictioni, & territorio subsunt, accedat, vt præter jura proximè adducta *probat expressè cap. 1. cap. Si quis contra Clericum de foro compet. cap. Episcopus 9. quest. 3.* Qua ratione Clerici alterius Episcopi non sui, jurisdictionem prorrogare non possunt; sine ipsius Episcopi consensu, quia scilicèt quilibet Episcoporum in sua Dioecesi, vel distritu jurisdictionem privativè habet, ita ut alij sine eorum licentia non valeant judicare.

22 Prodiit igitur ex supradictis, ratio evidens, quare *præsenti lege jubeatur Sacrosancti Concilij Tridentini, sess. 24. de Reformat. cap. 20.* observari, ea in parte, qua statuit; *ut causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinarijs locorum, duntaxat cognoscantur: nec legati quoque etiam delatere, Nuncij, Governatores Ecclesiastici, aut alij quacunquæ facultatum vigore, non solum Episcopos, in prædictis causis impedire, inquietare, aut aliquo modò eorum jurisdictionem ijs præcipere, aut turbare non præsumant.*

23 Sed nec etiam contra Clericos, alias ve personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, procedant; alias eorum processus, ordinationes ve, nullius sint momenti: atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur, *ut præcipitur in cap. in apibus 7. quest. 1. cap. Scriptum 6. quest. 1. cap. cum Episcopus de Officij Ordinarij, libr. 6. Stephan. Gratian. discept. For. tom. 2. cap. 212. num. 4.* etiamque satis denotat illa taxativa particula (*duntaxat*) in dicto cap. 20. Concilij Tridentini, cujus natura est, ut omnes alios excludat, quod sequitur Fontanel. *de Pactis Nupti. claus. 4. gloss. 7. part. 3. num. 61.* idèò merito, prima instantia etiam

si Nuncius Sedis Apostolicę, seu Legatus de Latere id sibi vindicare vellint, Episcopo causarum omnium Ecclesiasticarum cognitio adimi non potest, ut expressè decisum fuit *in una Paduana*, teste Cæsare de Gracis *decis. 9. § Narbon. sup. num. 24.* Ex hac ergò doctrina, quę jurisdictio Metropolitanano, Compostellano tribui debet, quo cum jure precipere, limitare, restringere, coarctare, atque impedire Ordinario Tudensi jurisdictionem Ordinariam, alijs videndis relinquemus?

24 Omisiss varijs rationibus adductis ab Alphonso de Narbona, *supr. num. 26. unam tantum, usque ad num. 41.* Quę ad nos pertinet, pandemus, itaque intelligenda est: Episcopus enim ab Archiepiscopo longè aliter superatur, quàm subditi Episcopo subijciuntur: *Metropolitana enim lege* suffraganei Episcopi, & illorum subditi Archiepiscopo subijciuntur; *lege autem Diocesana* subijciuntur Episcopo; undè Archiepiscopus, Episcopo superior est, & curam habet *Provincię Generalem*; non autem *specialem*, quia ea Episcopo tributa est, cum subditi Episcopo primum ac *principalitèr* dati sint: Archiepiscopo autem *secundario* in malitiam, & negligentiam Episcopi quę in hac causa ab Ordinario Tudensi neutiquam reperiri potest, ut colligitur in *cap. Scitote, 6. quest. 3. cap. Peregrina, 3. quest. 6. cap. Pastoralis de Officij Ordinarij, Gloss. verbo totius Provincie in cap. per singulas, 9. quest. 3.*

25 Quarè si Archiepiscopus in suffraganeos subditos sententiam tulerit, non tenebit; quia Metropolitanus Judex alienus est, respectu subditorum suffraganeorum: ergò cum diversimodè Diocesani, Episcopo, & Archiepiscopo subijciuntur, ut ait Narbon. *supr. num. 28.* ergò Metropolitanus jurisdictionem non habuit, in suffraganeos Tudeses, nisi in *casibus à jure expressis, ut supradietum est.*

26 Dicimus etiam Pax *in Praxi in proemio, 6. part. tom. 1. num. 28.* & Amator Rodriguez *in eo lib. 3. cui nomen indidit modum examinandi, § videndi processum, cap. 12. num. 8.* Affirmare ex dispositione Concilij Tridentini, in omnibus causis appellari non posse, ab inter locutorijs,

tam in prima, quàm in secunda instantia, tam ab Ordinarijs, quàm à delegatis vel inferioribus, latis, nisi gravamen contineant irreparabile, vel diffinitivæ vim habeant; cum expressè in eodem cap. 20. Concilij, sess. 24. Quo ad omnes causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes, ab inter locutorijs appellationem prohibitam esse decernatur; quæ dispositio Concilij declaratoria est, inquit Narbon. supr. numer. 164. & sequent.

27 In quam sententiam extrictius inclinatur altera ratio ex regul. 35. Chancellariæ desumpta, qua generalitèr præcipitur in causis quæ in Romana Curia, judiciaria concertatione expediuntur, ab inter locutorijs appellari non posse; quæ regula non dubiè, in 2. & 3. instantia, appellationem ab interlocutorijs interdixisse videtur, cum ad Romanam Curiam causæ quæ in Ordinarij Dioecesibus oriuntur, non alitèr deferri possint, quam per appellationem, in secunda, & tertia instantia, uti cavetur in dicto cap. 20. sess. 24. quæ adeò veritatem præferunt, ut nec Episcopo consentiente, causa in prima instantia in Romana Curia possit introduci, nisi & partes etiam consensum præstiterint, ut Sacra Congregatio Cardinalium censuit in dicto cap. 20. ut refert Narbon. num. 173. & eadem ratio, quæ à Congregatione, hoc casu, perpenditur scilicet quia decreta Concilij non solum in favorem jurisdictionis Ordinariæ edita fuerè, sed, & partium, ne extra loca, & provincias suas, in grave eorum detrimentum trahantur.

28 Quæ quidem Congregatio sub illis verbis Concilij ita se habet: *An de consensu Episcopi possit causa in prima instantia in curiam introduci, non obstante; cap. 20. sess. 24. in principio; nisi partes ambæ consentiant?* Congregatio censuit: habere locum, adeò ut, de consensu Episcopi, non possit causa introduci in prima instantia ad curiam, nisi partes etiam concenserint, quia Decretum Concilij emanavit, non solum favore jurisdictionis Ordinariæ: sed etiam favore ipsarum partium, ne extra suas Civitates, & loca trahantur; ideò, quod favore plurium introductum est, non tollitur, unius renuntiatione, & ita Congregatio censuit licere

Nun.

Nuncio Sedis Apostolicę cognoscere de causis in prima instantia de consensu partium, ipsiusque Ordinarij consensu accedente.

29. Ex ingentibus authoritatibus à nobis supra adductis satis apparet, quod Metropolitanus, in suis decretis non legitimè, & juridicè, sed in abrupto, & illegitimè procedit, hoc evidentius infertur à principio huius causę usque ad decretatum primò à Metropolitanano; ubi nullum gravamen à Tudensi Ordinario, partibus illatum reperitur, ut clarius ex actis constat: primò in delegatione Fiscalis ad justificandam veritatem, partibus nullum gravamen commisit, quia, ut Ordinarius, ut supra relatum relinquimus, num. 16. 17. 18. processit: secundò non gravavit in expeditione in litteris supplicatorijs ab Ildephonso demandatis 10. Martij; acceptatis, & à Metropolitanano concessis 13. Martij, ut apparet supr. num. 5. ad abellenda à Josepho Varreyro originalia, quia aliter fraudes, ac falsitates in exemplaribus instrumentis commissę, cognosci, & inspicere non poterant; nec Ordinarius substantiare processum, nec unicuique suum tribuere, ut ostenditur illo generali principio institutę, & regula juris; *in leg. 1. ff. de Dolo, ibi: Dolis ac fraudibus modis omnibus occurrendum* 3. nec deniquè in querela à D. Garrido, suo intrepido animo fulminata, illaque foci fieri debet, in qua D. Ildephonsus, testes ad deponendum venientes non terruit, nec sugesit, sed amicabiliter tractavit nec aliquam potestatem dominativam habuit, ut ex illa nihil delicti cognoscitur, & ut impertinens repelli. 4. nec in terminis à lege concessis, *Ultra Montes*, quia alij termini à lege de jure possunt concedi partibus communes 5. nec causam protendit; *quod probatur leg. 1. §. 1. ff. Quod vi, aut clam, ibi: Quia ab omni vi, atque injuria penitus abstinentum*. 6. Omnibus à Metropolitanano mandatis semper factus fuit obediens, ut in actis notorium est 7. nec nullitas fuit, quod Notarius Carvallido, & si recusatus in justificatione querelę, cum comissione Metropolitanani requisitus registra, & protocola à Josepho Varreyro avelleret, quia ad hoc recusatus non erat; ergò nullum gravamen ab

Ordinario commissum ob rationem supra dictam, & sic de alijs pluribus illi imputatis.

30 Eiecto hoc fundamine, omnia à Metropolitano pronuntiata illusoria, & irrita apparent, uti in competente iudice, jurisdictionemque, supra Ordinarium non habente: nec inhibitiones, ac appellationes à D. Garrido interpositę, & à prædicto Metropolitano pro late, legitime fuerę; *constat ex Concilij Tridentini decreto, cap. 20. sess. 24. de Reformat. Interdictum est omnibus superioribus, etiam Nuncijs Apostolicis, Metropolitanis, legatisque de Latere, quaslibet causas in prima instantia audire; sed earum cognitio, & examinatio quomodolibet ad Ordinarios locorum pertineat; itaque omnes causas ecclesiasticas, ad forum Ecclesiasticum spectantes, etiam beneficiale experiendas esse in prima instantia, coram Iudicibus ordinarijs terminandasque esse infrabiennium.* Si à partibus non fuerint protense, nec superiores Iudices posse de eis, cognoscere ante appellationem à definitiva, vel ab interlocutoria vim definitivę habente, vel continente gravamem per diffinitivam irreparabile, etiam ex mandato Apostolico; nisi ex urgenti, & rationabili causa, manu Sanctissimi fuerit subscriptum; *ut habetur in cap. Nec licuit 17. & cap. Maiores in principio de Baptismo.*

31 Nec etiam Legatos de Latere, Nuncios, & alios quoscumque Iudices quacumque facultate fulgentes, posse in prædictis causis quantumcumque gravissimis, in prima instantia præcipere, impedire inhibere, seu turbare jurisdictionem ordinariam, ut Metropolitanus ineptę Ordinarium Tudensem impedivit, ac turbavit, nisi prius fuerit prædictus Ordinarius requisitus, & negligens infrabiennium, *ut latius in eodem Tridentini decreto continetur, idęque prædictus Ordinarius negligens ex se non fuit, sed per partes.*

32 Ad quod rectę mirificę ad violentiam applicari, si secus, ut supra dictum est, factum fuerit, ut scilicet si aliquis coram alio Iudice non suo (hoc est Ordinario) præterquam *in prædictis casibus exceptis, & permissis* appellari poterit, & in vocare protectionem regiam, & auxilium

violentię, eò quod violatur Concilij Tridentini decretum; hoc quidem auxilium minimè huic opreso denegandum est, in Supremis Tribunalibus, cum hæc appellatio sit licita omnibus suis partibus constans.

33 Nam actus Judicis sine jurisdictione nulli sunt, quia nulla major nullitas; nullus magis in sanabilis defectus, quàm jurisdictionis; ut ait D. Covarr. *Practic. quest. cap. 25. num. 4. Vant. de Nulitat. tit. de Nul. ex defectu juris à principio*: ergò actus Metropolitanus tanquàm nullus quantumcunque alias privilegiatus executionem non meretur; ut in *leg. 4. §. Condemnatum, ff. de Re Iudicata*: ergò cum Superiores Metropolitanus in prima instantia careant penitus jurisdictione, vim fatient manifestam, aliquod decretum huic contrarium executioni mittentes: & ita possit hoc casu tertium genus violentię concedi, scilicet: *Reponiendo lo hecho, y remitiendo la causa à quien de ella deha, y pueda conocer, &c.* Non vim fatiet, aliter autem vim ad esse, deferat, & reponat.

34 Confirmatur hæc doctrina per Sacram Cardinalium Congregationem: an à interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam diffinitivam (ut in causa nostra, omnia reparari possunt) valeat appellationem admittere? Sacra Congregatio respondet *negativè*: à qua decisione quàm citant Piacensis in *Praxi, part. 2. cap. 4. art. 15.* & Monacelus modernus *actor. tom. 2. artic. 15. in suo formulario practico*. Legitimè infertur Ordinarium Tudensem, nullum gravamen in causa commisisse, adversus D. Garrido, ut adnotavimus supra num. 28. & 29. ad finem recipiendi probationes à Patronis, & electoribus; quia aliter eo non admitente probationes, sed sine eis judicante, nullum diceretur ab eo iudicatum, ut refert D. Sargad. 2. *part. cap. 1. de Prot. num. 135.* nec appellatio à Garrido, fuit legitima, nec iuxta, nec continet gravamen, quod per diffinitivam reparari non possit: ut notorium apparet in actis, quapropter Metropolitanus appellationem non legitimam repellere tenebatur, nec aliter determinare super causa principali, inhibendo Ordinarium Tudensem à in-

stru-

structione processus, vsque ad diffinitivam pronuntiatam, quod non poterat, vti in competens, & jurisdictione carens, ut supra firmatum relinquimus, ut ait Dominus Salgad. 2. part. cap. 17. de Regia Protect. cum D. Covarr. Practicar. quest. cap. 29. numer. 4. & alijs quam plurimus.

35 Qua proter sententia à Metropolitanò in competente pronunciata, & jurisdictione carente, est ipso jure nulla; siquidem lata fuit à non suo Judice, & quando Judex nulli jurisdictioni præ est, vel quia super vna re, ab Ordinatio appellatum fuit (vt in terminis nostre cause ostenditur) & Metropolitanus super alia diversa pronuntiavit, nulla ipso jure sunt, vt per totum titulum; *Cod. Si à non competente Judice, § in capit. Significasti de Foro competenti*; vt affirmat Bayo, *in Praxi, part. 3. libr. 1. cap. 21. numer. 10.*

36 Etiamque nulla est sententia à Metropolitanò lata, *sin ser la causa substanciada por el Ordinario, de lo alegado por las partes en juicio*, & quod partes recipientur ad probanda, & alleganda, & testes admittantur; est de substantia judicij; vt probat *leg. 2. tit. 15. part. 3. § leg. 2. § 3. tit. 16. part. 3. § leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recopilationis, § in leg. 1. § 9. tit. 6. § leg. 1. § 2. tit. 17. lib. 4. Recopilat. Bayo, sup. num. 45. Vantius de Nullitat. ex defectu processus. Diego Perez, ad leges Ordinamenti, Gloss. La orden substancial del juicio*, quod quidem procedit, quando processus in substantialibus non fuit sufficienter substantiatus; vt notorium apparet in nostro casu, quod adhuc requiritur substantiari ab Ordinario, vt affirmat Bantius *de Nullitat. ex defectu processus.*

37 Amplius probatur supra dicta doctrina, supposito, quod sententia à Metropolitanò prolata, fuit notorie nulla ex defectibus superius relatis; de ejus nullitate debebat cognoscere Ordinarius à quo, scilicet Tudensi, & coram illo agi de ejus nullitate, quia sententia nulla, non est sententia, ex eo quod actus nullus non dicitur actus; vt affirmatur illo Brocardico vulgari, *quod nullum est, nullum producit effectum*, nec executionem mereretur; & constito, quod
len.

9

sententia Metropolitanani sit notoriè nulla, sine extrinsecis probationibus, patet, quod potest, & debet agi coram Iudice Ordinario de nullitate, & constando, quod sententia Metropolitanani habeat, & contineat notoriam, & manifestam in justitiam, aut falsam, & erroneam causam (ut à principio hujus causæ luculentè percipitur, usque ad ultimam appellationem ad Illustrissimum Nuncium Apostolicum) est ipso jure nulla, & non meretur executionem ab Ordinario Tudensi; *ut est textus in terminis in cap. Inter cæteras de sententia, & re Judic. confirmat Bayo in Praxi, 3. part. lib. 2. quæst. 144.* Ergò Ordinarius Tudensis non debebat exequi, nec obedire Metropolitanani sententiæ, tanquam notoriè nullæ, & injustæ, nec Metropolitanus, ex hoc facto, causam retinere, & avocare ab ipso Ordinario Tudensi.

38 Probatur amplius hæc certissima conclusio adeò quidem ut, & plecti possit Iudex Ordinarius Tudensis, qui huiusmodi executioni Metropolitanani, injustæ resistere neglexerit; ut doctè docet Lucas de Pemna *in dict. leg. prohibitum, numer. 9. Cod. de Jure Fisci, lib. 10.* & pluribus alijs relatis, docueruntque Dueñas, & Farinatus *tom. 1. Praxis Criminalis, quæst. 32. numer. 88.* Qui post longam interpretum seriem, tandem, *num. 92. Concludit præfatam, à nobis receptam sententiam, magis communiter, à Doctoribus recipi (& in jure) ut substantabilem admittitur.*

39 Nec in merito; cum optimam præferat rationem; nam quando Judices, aut ipsius Ministri, in justè quid peragrunt, data sive à jure, vel à Principe potestate, ab utuntur: meritò reverentiæ ratio, que occasione potestatis, aut Judicialis muneris, talibus Judicibus exhiberi debet; cessat; & cuiuslibet privilegij, alieni judicantur; juxta illud Gregorij relati *in capite Ipse, & in capite Privilegium, 11. quæst. 3. ibi: Inquit privilegium omninò meretur amittere, qui permissa sibi ab utitur potestate.*

40 Propter quod mirum non est, ut Metropolitanano, jure, ac licitè, Ordinarius Tudensis resistere valeat, præsertim cum in exercitio illius actus, seu in justæ operationis,

Metropolitanus, Judex prædictus non sit; nec tali honorificentissimo nomine valeat decorari: dicit ergò Pontifex, ibi: *Non est ergò Judex, si non est in eo justitia*; cap. *Forus 10. de Verborum significac.* quod respexit Casiodorus *variarum, lib. 3. Epist. 27. dum dixit: Tandiu enim Judex dicitur, quandiu, & justus putatur, quia nomen, quod ab equitate sumitur, per superbum non meretur.*

41 Nec solum injustitia Metropolitanæ Judicis, nomen admittit, imò, & honoris, cum propter in justitiam similis efficiatur brutis, & ferocibus animalibus; ex Aristotile *lib. 1. Politicorum*, & Lactantio Firmiano *libr. 5. capit. 11. Ubi in justos Judices Veluas cruentissimas vocavit, qui licet cooperiantur carne, & effigie humana, animus tamen illorum crudelis, & bestialis est*: Sic que igitur cum Judex Metropolitanus in justa, & illicita exercendo; Judex non habeatur, mirumque non est, si ei tanquam privato resistere licetè poterit Ordinarius à quo, excilicèt Tudensi, ex licentia à jure naturali indita, quæ vim vi, adversus privatum resistere permittit; *ut probatur in leg. ut vim de Justitia, & Jure*, cum certè isto casu, non tam resistere videatur; quam vim atque injuriam propulsare; ut probant alij congesti à Farinatio *dicta quæst. 32. num. 29.* & optimè Alphonsus de Narbona *in gloss. 18. ad leg. 20. lib. 4. titul. 1. de la Jurisdicción à num 37. vsque ad 42.*

42 His superius prælibatis autoritatibus addere nostrum est, sequentes scilicèt, inhibitiones, post appellationem, *sicut præmittitur in capit. Cause omnes, 20. sess. 24. Receptam*; non concedantur à Metropolitanò: nisi cum scriptione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitivi, aut vim diffinitivæ habentis; vel damnum per diffinitivam irreparabile continentis (quod totum contrarium à prædicto Metropolitanò in nostra causa reperitur) alias inhibitiones, & procesus, & inde sequuta, quæcunque, sunt ipso jure nulla, eisque impunè non parere Ordinario Tudensi liceat; inquit Quaranta *in Summa Bullar. in verb. Archiepiscopi auctoritas.* Aloytius Riccius *in Praxi Ecclesiast. decis. 104. D. Salgado de Reg. protect. 2. part. cap. 1. à num. 247.*

Quam

43 Quam selectam doctrinam fortius confirmare intendimus auctoritate Sacrosancti Concilij Tridentini, *cap. 7. sess. 22.* ubi ait: *Legati, & Nuncij Apostolici, Patriarche, Primate, & Metropolitanus, in appellationibus, ad eos interpositis, in quibusvis causis, tam in admittendis, appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus, post appellationem servare teneantur formam, & tenorem Sacrarum Constitutionum, & præsertim Innocentij IV. quæ incipit Romana: quacunque consuetudine, etiam inmemorabili, aut stylo vel privilegio, in contrarium, non obstantibus, aliter inhibitiones, & procesus, & inde sequuta quæcunque; sunt ipso jure nulla.* Hac ergò Sacrosancta lege omnes inhibitiones atque acta, à Metropolitano pronuntiata in ista causa, contra Ordinarium Tudensem in præjudicium primæ instantiæ, sunt ipso jure nulla, irrita, & invalida; *vti affirmat supra dictum capitulum, & etiam capit. 1. sess. 13. in fine eiusdem Concilij Tridentini.*

44 Quid ergò clarius, & rectius ex supra dictis inferri potest? Metropolitanum non posse inhibere, impedire, nec inquietare Inferiorem Tudensem in cursu causæ in prima instantia agitatæ, aut inter partes controversæ, aut in justificatione procesus circa præsentationem prædicti beneficij: nec in prædicto processu formando, aut substantiando, in eo que cognoscendo de actorum transcriptionibus, tripulationibus, ac falsitatibus (vti in actis apparent) visibilibus, & notorijs à Domino Garrido, eiusque Notario Varreyro commissis, factis, chancelatis, & manipulatis: aliterque à Metropolitano decretatum, vti in competente (vti superius in medium protulimus) jurisdictionem que non habente, est irritum, & nullum: ideòque Ordinarius Inferior Tudensis parere non debuit; nec ex his causis, à prædicto Garrido suo belicoso animo præcogitatis, dicitur suspectus, morosus, & odiosus partibus, nec Metropolitano inobediens; vt ait Dominus Salgado *cap. 17. à numer. 1. eleganter determinatione.*

45 Quod si verò non servarentur tales appellationes supradictæ, aut termini; *vt præmittitur in cap. 7. sess. 21. Concilij*

cilij Tridentini; & alia à nobis adducta, & in Constitutione Innocentij IV. relata *in cap. Romana de Appellationib. in 6. & in cap. 20. sess. 24. de Reformat.* Inferior Judex à quò, scilicet Tudenfi non teneretur obedire, & inhibitione non obstante, posset ad ulteriora procedere, sine vicio nullitatis; per notabilem Glossam *in cap. Romana*, quia ergò Concilium Tridentinum, locis citatis, annullat ipso facto inhibitiones, & procesus aliter factos à Metropolitano; vt affirmat etiam Quaranta *suprà in verbo Archiepiscopi auctoritas, numer. 20.* Piacensius *in Praxi, part. 2. cap. 4. artic. 15.* & Monacelus *in suo Formulario practico. tom. 2. artic. 15.*

46 Quod quidem pluries declaravit Congregatio Concilij: nempe *in Aprutina 26. Aprilis 1592.* cum alijs multis decisionibus, quas citat prædictus Monacelus *suprà*; quibus decretis firmavit: quod causæ fori Ecclesiastici non possint per appellationem avocari, nisi transacto biennio, quod decisum fuisse reperitur à Sacra Congregatione Episcoporum, in una Beneventana *16. Septembris 1617.* in qua dubium sic exponitur: cum Archiepiscopus Beneventanus, in possessione, causas, quæ coram eius suffraganeis in prima instantia tractantur, ad ejus curiam etiam ante biennium avocandi existere prætenderet, Sacra Congregatio, possessionem præfatam, vtpotè Concilio Tridentino, decretum irritans habenti, de directo contrariam, sustineri non posse, censuit: & hoc quia Concilium præfixit *biennium* instantiæ, & *non Judici*, cujus jurisdictionis semper durat, *durante biennio*; vt refert Fagnanus *in cap. Venerabil. de Judicijs, n. 14. & 15.*

47 Alij sunt casus frequentiores, in quibus appellationes admitti non debent; expressi in decretis generalibus, usu, & approbatione Clementis VIII. *anno 1600. emanatis, à Sacra Episcoporum Congregatione*; quos per extensum refert Monacelus *tom. 2. in suo Formular. legali pract. tit. 15. num. 8.* Quæ quidem quia multa continent ad usum forenses necessaria, præsertim de his, quæ observare debent Judices superiores, in admittendis ad se causis, vel personis, ad judicia inferiorum pertinentibus: hic enim inferuntur tenore sequenti.

48 An valeat causas, in curijs Ordinariorum, vel aliorum Judicum Inferiorum pendentes, ad se avocare, vel illorum cursum impedire, sub quolibet pretextu, præterquam, si per viam legitime appellacionis fuerint ad ipsius Tribunal de Latè? Respondet Sacra Congregatio, *negative*.

49 Alia: an valeat appellacionem recipere, nisi per publica documenta (quæ realitè exhibeantur) prius constiterit; appellacionem à sententia definitiva, vel habente vim diffinitivæ, aut à gravamine, quod per diffinitivam sententiam separari non possit, *in casibus à jure non prohibitis*, per legitimam personam, & intra debita tempora, fuisse interpositam, & prosecutam? Sacra Congregatio respondet, *negative*.

50 Altera: an valeat inhibitionem concedere, post receptam appellacionem, absque insertione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitivi, aut diffinitivæ vim habentis: etiam si appellans asserat culpa Judicis à quo scilicet Inferioris, vel autuarij exemplum habere non posse; *non justificato impedimento*, & an in casu possint inhibitiones impunè sperni? Sacra Congregatio respondet, *negative*.

51 Altera: an ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam diffinitivam, valeat appellacionem admittere? Sacra Congregatio respondet, *negative*.

52 Additur altera: an quando appellatur a gravamine, quod per diffinitivam reparari nequit, vt *carcerationis*, possit appellacionem admittere, aut inhibitionem, aut aliam inhibitionem concedere; *non visis actis*, ex quibus evidenter appareat de gravamine; Sacra Congregatio respondet, *negative*.

53 Et deniquè altera concludimus, causa appellacionis pendente, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit; quoad Judex ad quem appellatum est; *visis actis*, & causa cognita aliter decreverit, & tunc si à Judicis ad quem decreto, vim diffinitivæ habente, fuerit appellatum; is nihil mandare, aut pro sui decreti executione atten-

rare poterit ; donec per Judicem superiorem aliud fuerit ordinatum firmat Piacelius *in Praxi* , part. 2. cap. 4. artic. 15.

54 Ad quarum doctrinam , quid Congregatio censuerit ? Circa dispositionem , Tridentini Concilij declarationem ; Congregationes anno 1600. referemus : *Quæ enim declaratio tenoris sequentis est : ad tollendas ambiguitates , & controversias jurisdictionales , quæ inter appellationum , & prioris instantiæ Judices , non sine partium dispendio , cursusque justitiæ impedimento , & sæpè cum scandalo oriuntur : Sacra Congregatio cum Episcoporum Præposito ; facta prius relatione , Sanctissimo Domino nostro Clementi VIII. ac de sanctitatis suæ mandato , viva vocis oraculo desuper habito , in hunc , qui sequitur modum.*

55 *Ab omnibus , ad quos spectat , in posterum fieri , ac servari debere mandavit , & mandat ; Metropolitanis , Archiepiscopi , primates Patriarchæ , suffraganeos , eorumque subditos non Judicent , nisi in casibus a jure expressis ; item nec alij superiores , etiam Nuncios , vel Legati de Latere , specificam facultatem majorem non habentes ; causas in Curijs Ordinariarum , vel aliorum inferiorum Judicum pendentes ad se advocent ; nisi per viam legitimæ appellationis , ad ipsorum Tribunalia deferantur : Tuncque appellationes , ab inferiorum jurisdictionibus , quo ad alias causas , eximere non possunt ; nec aliquam inhibitionem facere : nec dum causæ coram inferioribus Judicibus pendent , ante diffinitivam sententiam , vel habentem vim diffinitivæ , aut gravamine illato , superiores cognoscere valeant ; licet intra præjudicium cursus causarum , se id facere contestentur , nec adhuc effectum , liceat eis inhibere , aut simpliciter mandare , ut ipsis copia processus transmittatur . Hæc sunt quæ mirabiliter ad primum paragraphum conducunt , & quæ nostra animi imbecillitate cepimus , & adaptare potuimus in favorem justitiæ nostrorum principalium , ex gravioribus actoribus , & in gentibus Sacrorum Conciliorum , Sacrarumque Constitutionum autoritatibus : nunc quæ ad secundum descendamus.*

§. II.

1 **U**T seriem facti, quàm à principio prosequuti fuimus à quo digressi sumus, ad ipsam nos convertimus; pronuntiato à Metropolitano acto, *suprà numer. 10. §. 1.* cujus virtute ad Ordinarium Tudensem, acta originalia fuerunt transmissa, & eadem officiali majori tradidi vollens Dominus Garrido, ob cojecturas, & suspitiones, ab illo antea commissas in actis, cum suo Notario Varreyro; nolluit prædictus Notarius officij sine ordinarij decreto, & Procuratorum partium aliorumque Notariorum assistentia ea recipere, quod ita ab Ordinario fuit mandatum, & coram omnibus supradietis recognitionem multorum errorum fecit, & duplicationem decem foliorum ad notavit; multasque clausulas suppositas, & transcriptas, vt latius ex certificationibus Notariorum constat; & evidentius ex processu à fol. 5. secundæ autorum partis, usque ad folium 20. & 23. inspicij potest.

2 Ex hoc legitimo facto prædictus Garrido coram Metropolitano fuit conquisitus, idèdque suo decreto præcepit Ordinarium Tudensem infra trigessimum prædictum decretum *suprà num. 10.* antea à Metropolitano pronuntiatum, adimplere; aliterque factum, secundum jus procederetur; cui Metropolitanæ decreto, prædictus Ordinarius respondit se obtemperari, promptumque esse præcepti complemento, nec omissionem, nec resistantiam ei fuisse: solumque recognitione actorum à Notario officij facta, quàm plurimas falsitates in actis (vt ex certificationibus apparebit, quæ inter prædictum Garrido, & alios officij Notarios, commissæ erant) repertas fuisse; quapropter necessarium fuisse partibus interpelari.

3 Et ab utraque parte in causa, jure deducto, prædictus Ildephonsus institit falsitates, ac tripulationes, ex certificatione Notarij officij, & aliorum repertas; legitimas declarari: prædictumque Garrido folia abstraxisse, litteras transmutasse, foliaturas transtulisse, & alia quam plurima, que

que acta loculentius continent ; à contrario verò prædictus Garrido instanter petijt prædictum Ordinarium decreta Metropolitanæ ad puram executionem deducere, vti constat à folio 39. secunda partis litis, usque ad 51.

4 Factum hunc ægre ferens prædictus Garrido ab Ordinario Tudensi, iterum ad Metropolitanum appellavit, qui vigesimo quarto Novembris expedivit litteras adversus Ordinarium, vt infratrigessimum adimpleret decreta à se pronuntiata : & contrarium faciens, intra terminum acta originalia remitterentur ; & ad illud sub pœna anathematis compeleretur ; cuius decreto obediens fuit, vigesimo nono Novembris, vt constat atergo folijs 56. quamvis hoc decretum à Metropolitanæ fuit pronuntiatum, sine Ordinarij testimonio.

5 Eique humiliter respondit ob transmutationes foliaturæ in processu ; & certificationum officialium officij contrarietatem, & alias quam plurimas causas, quas Metropolitanus reperiret ; sine jurisdictionis Ordinariæ, nec que eius primæ instantiæ præjudicio consentiebat prædicta acta originalia ad Metropolitanum transmitti : & ad cuius finem promptum esse, se abstinere à sua comissione, & jurisdictione, hoc non obstante 4. Novembris Metropolitanus decretum prædixit, quo præcepit Ordinarium Tudensem se inhiberi infratrigessimum, partesque in hac causa interpelari. Notariumque acta originalia transmittere, quod ita executum fuit.

6 In quo Tribunali Metropolitanæ ; prædictus Garrido suas rationes deduxit, quibus factum litis exprimit, & decreta ab Ordinario Tudensi pronuntiata : ipsumque à Metropolitanæ decretata, non executum fuisse ; sibi que notorium gravamen factum fuisse ; cuius virtute demandavit prædicta acta originalia retineri in prima instantia, vti apparet ex folio 79. à contrario verò prædictus Ildephonsus sua jura deduxit prædicta acta non debere retineri : sed transmitti Ordinario in prima instantia, vti de jure : constat ex fol. 89.

Qui-

7 Quibus possitis, ad causę decisionem, à prædicto Garrido fuit petitum, Constitutionem Synodalem Metropolitanam compulsari, quę est tenoris sequentis: *Apelando de auto interlocutorio, de que se puede apelar, si se pidiere retencion, y el Superior revocasse el tal auto, podráse retener. Y si aunque se confirme, el Juez inferior fuesse recusado, y el que recusa jurare, que ante el no entienda alcançar justicia, y constare de las causas de sospecha; y aviendo otras justas causas, podráse retener el negocio principal.*

8 Prædicta constitutione nixus Metropolitanus vigesimo 3. Februarij, decretum pronuntiavit, quo ab Ordinario Tudensi decretatum 24. Julij de 1723. revocavit, eiusque executione, alia à prædicto Ordinario prolata contravenientipronuntiatis à Metropolitano, & justitiam partibus administrando, in se, & in suo Tribunali retinuit hujus causę in prima instantia cognitionem; ubi utreque partes deducerent, & allegarent jus suum libere, quod eis conveniret, & servaretur justitia, uti de jure, constat ex folio àtergo 98.

9 Cujus decreto partibus notificato, ante Metropolitanum à Domino Ildephonso, & Domino Pasquale Lopez prædictę retentionis decreti revocatio in totum petita fuit, ut cognitio primę instantię remitteretur Ordinario Tudensi, ad quem de jure attinebat; & ex aliter facto appellabant ad Illustrissimum Nuncium, & primo protectionem Regiam intendebant: à Metropolitano præceptum fuit, *stari indecis:* iterum instarunt appellationes in utroque effectu ipsis concedi: *indecis, responsum fuit;* quapropter litterę protectionis Regię Metropolitano fuerunt interpelatę 16. Martij concessoque testimonio violentię, acta ad Prætorium Regium fuerunt transmissa; *eisque visis,* declaratum fuit à Regio Prætorio *vim non fieri:* propter quod ad Illustrissimum, ac Reverendissimum Nuncium, à Domino Ildephonso, & Domino Pasquale fuit appellatum: quò translato processu; prædictę partes principales jure intendunt decretum retentionis à Metropolitano ineptę pronuntiarum, & omnia alia in contraventionem primę instantię revocari, reformari, & annullari, irritaque declarari.

10 Itaque extricato facto, in uno, & altero paragra-
 pho, nullum gravamen ab Ordinario commissum reperitur:
 sed omnia legitima facta fuerunt, ideòque in eum pœna non
 debet irrogari; *ut præfertur in leg. Gracus, Cod. de Adul-*
terijs, ibi: Legitimè factò pœnam non deberi; & in leg. 2.
Cod. de Extraordin. crimine, ibi: Liciti prætextu illicitum
non permitti. Et cum ipse in actis à Garrido allatis, & ex No-
 tatorum certificationibus, falsitates, & transcriptiones re-
 periret, diligentius occurrere debebat; *ut dicitur in leg. 1. §.*
Sed si quis, ff. de carb. edicto, ibi: Majoribus periculis dili-
gentius occurrendum. Etiamque punire tenebatur malefa-
 ctors, & præcipuè Dominum Garrido; *ut affirmat lex Re-*
rum, §. Tempus, ff. profocio, ibi: Neminem ex suo dolo, seu
caliditate relevari.

11 Quare Ordinarius Tudenfis inhiberi non poterat,
 ut per totum primum paragraphum firmatum relinquimus:
 undè non factum ab ipso; sed causam, ob quam operatus
 est, respicere debebat Metropolitanus; *ut deducitur in lege*
Verum, ff. de furtis, ibi: Non factum, sed faciendi causam
inspiciendam.

12 Hoc ita prælixato: totum præsidium, quo protegi-
 tur Metropolitanus ad retentionem hujus causæ in prima in-
 stantia faciendam; fundat in sua Synodali supra num. 7. §.
 2. quam diligentèr, & juridicè examinabimus, quomodo
 sit intelligenda, & Concilio Tridentino conformanda: & à
 Metropolitanò, nec intellecta, nec minimè digesta. In pri-
 mis, nunquam leges superiores, ut est Concilium Tridenti-
 num ab inferioribus possunt derogari, ut est injure noto-
 rium, & apud omnes actioma vulgari; hoc confirmatur
 cum Sancto Augustino relato in cap. Homicidium, 23. quæst.
 5. ibi: *Lex autem nihil violenter agere intelligitur, sed tunc*
demùm inferatur violentia, quando sine lege, quis impelitur
capite quos Deo, 33. quæst. 2. Ideòque Metropolitanus sine
 lege cognitionem retinuit, violentiamque intulit Ordina-
 rio Tudenfi.

13 Itaque individualiter fortius probantur supra dicta
 in capite Conciliari 20. sess. 24. quo clarius doctrina nostra
 appa-

apparebit, cui ipsa Synodalis in totum confirmavitur, hoc scilicet modo: an hodie stante dicto decreto Tridentini; superior ad quem, scilicet, Metropolitanus, de aliquo gravamine, hoc est de falsitate in causa commissa, seu aliquo incidenti super causa principali, appellatum est; & cognitio, de causa bene appellatum invenerit; & injuste gravatum, que predicta verba Concilij coincidunt, cum illis verbis Synodalis, ibi: *Apelando se de auto interlocutorio, de que se puede apelar, si se pidiesse retencion, y el Superior revocasse el tal auto, podrase retener, &c.* An possit causam principalem retinere, & avocare, antea quam prima instantia coram Ordinario finiatur, seu terminetur: an ipsi Ordinario omnino terminato gravaminis articulo teneatur remitti predicta causa? In quo casu affirmative retineri respondemus.

14. Nan Tridentini decretum circa hoc nihil statuit, sed omisit illud juris communis dispositioni, illud reservans illesum: cui etiam juri commendabilis est ipsa Synodalis, quod quidem intendit, quod idem Concilium disposuit hoc est quando Metropolitanus cognoscere potest per sententiam definitivam ab Ordinario pronuntiatam, aut per locutoriam vim diffinitive habentem, aut gravamen per diffinitivam irreparabile.

15. Vel alio modo, quando adest vere gravatum fuisse predictum Garrido inveniturque bene appellatum, & injuste gravatum a Metropolitano: sed in nostra causa gravamen non invenitur, nec bene appellatum, nec predictum Garrido injuste gravatum: ergo idem ab ipsa Synodali decernitur, ac a predicto Concilio disponitur.

16. Ita declaravit Sacra Congregatio Concilij supradicto cap. 20. sess. 24. sub die 4. Augusti 1588. in hæc: *Quod quando fuit appellatum a diffinitiva vim habente, cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat, & gravamen fuerit justificatum: tunc Concilium non disponere: an causa principalis remittenda sit Ordinario; sed remanere in dispositione juris communis: Sic que intelligitur etiam ipsa*

Synodalis, illis verbis; y constar de las causas de sospecha, y otras justas, podráse retener. Ne continentia cause dividatur, & quam primum justificato gravamine, & super illo determinato: tunc causa in totum ordinario remittatur; ut præcipitur in illis verbis Concilij: & cujus gravamen per appellationem, &c. & justificato coram Metropolitanano: nihil invocare Concilium Tridentinum, & hac forma, & juridica intelligentia similis est ipsa Synodalis Tridentino, & juri communi conformis.

17 Sed quando non adest gravamen, nec legitimè appellatur, nec prædictus Garrido injustè gravatus, ut per hujus causæ discursum apparet: tunc intrat decretum conciliare in cap. 20. sess. 24. & veridica Synodalis intentio: & causa in totum etiam remittitur Ordinario determinaturo in prima instantia: hanc suprà firmissimam doctrinam confirmat Dominus Salgado 2. part. cap. 17. ubi elegantius refert Dominus Covarrub. Hieronymum Gonçalez, Petrum Surdum, Lancelotum, Scaciam, cum alijs multis testibus, & auctoritatibus.

18 Hanc mirabilem doctrinam sequitur Alphonsus Narbona in leg. 59. gloss. 1. lib. 2. tit. 4. num. 180. Super intellectu decreti Concilij, cap. 20. sess. 24. Ubi inquit nun quid, ergò causa, per appellationem ab interlocutoria diffinitivè vim habente, aut quæ gravamen irreparabile continet, ad Judicem ad quem deboluta; si gravamen fuerit justificatum, causa principalis remittenda erit Ordinario: an potius per eundem Judicem ad quem, terminanda? Quæ dubitatio, cum proposita esset in Congregatione Concilij, suprà num. 16. fuit resolutum, ibi: De eo nihil Concilium disporre; sed remanendam esse in terminis juris communis sic quæ etiam ipsa Synodalis debet intelligi; ut refertur in 4. part. decisionum nobissimarum in eodem capite Concilij Tridentini 20. sess. 24.

19 Quare jurè communi, ut id breviter prænotemus, illud statutum est: ut si à sententia interlocutoria fuerit provocatum, & per Judicem appellationis causa discussa; minùs legi-

legitimè appellatum constiterit , vt à Metropolitano fieri te-
nebatur ; negotium illud ad Inferiorem remitat ; facta legiti-
tima expensarum condemnatione : sin verò , gravamen illa-
tum fuisset , legitimamque appellationem pronuntiet ; ac
per hoc justè provocatum appareat ; Judex ipse appellatio-
nis in causa principali , amplius , & vltèrius procedat ,
nulla condemnatione expensarum facta ; vt expresse docuit
Innocentius III. *in cap. Ut debitus honor* 59. *in fine de appellat.*
¶ *in cap. Cum appellationibus* 5. *eodem tit. lib. 6.* Segismun-
dus Scacia *de Appellat. quest.* 17. ¶ 47. *membro* 3.

20 Cujus ratio , inde desumitur , quia cum prætensum
gravamen appellationi causam dederit , id que cesset , quan-
do Superior injustam appellationem pronuntiavit ; appella-
tio quoque debet cessare , & suspensæ etiam jurisdictionis
effectus , ex appellatione causatus , & negotium principale
ad Inferiorem Judicem remitti debet ; ne frivolis appellatio-
nibus judiciali authoritati quid quam detrahatur : cum verò
justificato appellationis gravamine , quia ex probatione ip-
sius , & injuriæ per Judicem Inferiorem illatæ , adversus eum
suspitio resultat ; quæ quidem non patitur negotium ad eum
remitti ; *vt probatur in cap. Cum cessante* , 60. *titul. de Appel-*
lat. ¶ *testibus supra citatis* ; & probat etiam Cardinalis
Alexander *in cap. Proposuit* 24. *numer.* 10. *de Appellationi-*
bus his verbis :

Qui semel est lesus fallaci piscis ab hamo
Omnibus era cibus semper in esse putat.

21 Hæc sunt in primo , & secundo paragrpho , à no-
bis pro majori captu adductæ in favorem Domini Ildephonsi
Piñeyro , & Pasqualis Lopez , qui humiliter supplicant , &
jure intendunt ab Illustrissimo Nuncio decretum retentio-
nis à Metropolitano ineptè pronuntiatum ; & omnia alia
in contraventionem primæ instantiæ revocari , reformari , &
anullari , irrita que declarari , & illusorium decerni : præ-
dictumque Metropolitanum , & supradictum Garrido par-
tem ream , in expensis , hac in causa , causatis , à prima
appellatione , ab Ordinario Tudensi , non legitime à Garri-
do

do facta, nec ita declarata, per Metropolitanum, condem-
nari; *ut disponitur in cap. 20. sess. 24. Concilij Tridentini,*
ibi: *Alias eorum procesus Ordinationes ve nullius momenti*
sint, atque ad damni satisfactionem, partibus illati teneantur,
& cognitionem primę instantię Ordinario Tudenfi, vti le-
gitimo, & competenti Judici remiti, vt causam efformet,
& jure substantiet, inter partes, ipsamque diffinitivè pro-
nuntiet. Ita defendimus. Matrivi Martij 16. anno 1725.

Lic. D. Andrés Villachan.

